

F^o 54^r Millesimo trecentesimo LVIII, die XXIX Maij.

1

Capta. Cum ducha Crete et eius consilium scripserint quod mercationes que recuperate sunt de pamphilo naufragato super splazia del Tartero, cuius erat patronus Johannes Nouello non poterant cognosci quorum sunt, quia signa totaliter sunt deleta, et prouisores nostri communis de mandato nostri dominij cri-
dari fecerint quod quicumque habebat de suo super dicto pamphilo faceret se
scribi ad officium ipsorum prouisorum et sic factum est; uadit pars quod rescri-
batur eidem duche et suo consilio quod mercationes et res dicti pamphili desi-
gnare debeant secundum scripturam quaterni dicti pamphili, si quaternum habent,
dando illas personis ad quas spectant seu earum nuntijs. Si uero quaternum non
haberent faciant ipsam designationem secundum tenorem cedule que sibi mit-
tatur inclusa uel nuntijs personarum in ipsa cedula expressarum in qua conti-
nentur quantitates mercationum et nomina et signa mercatorum qui dicunt
mercationes predictas esse suas. Si uero aliquae mercationes forent que non pos-
sent designari per signa que non apparerent et plures persone dicerent habere
jus in illis tunc ipsas mercationes designent et dividant inter personas petentes
de ipsis rebus uel nuntios suos per ratam secundum continentiam dicte cedule.
Et omnes dictas designationes faciant saluis omnibus iuribus tam nauigij quam
mercatorum et cuiuslibet alterius persone, et accipiendo in omni casu plezariam
ydoneam a personis quibus dabunt dictas res de respordendo cuilibet de jure
pro rebus quas recipient.

5

10

15

20

Capta. Quod suprascripte plezarie possint dari hic nostris prouisoribus et illi qui non darent plezarias dent illas in Creta et notificetur duche et eius consilio de illis qui dabunt plezarias Venetijs.

24

27

F^o 54^r Περί ὀρκωμοσίας τοῦ Ἀγγέλου Σιβράνου καγκελλαρίου Ρεθύμνου ἐνώπιον τοῦ δυνκὸς Κρήτης. 1358, Ἰουνίου 1.

28

Περί ἀλλαγῆς πεπαλαιωμένων κατέργων Κρήτης διὰ νέων, διατάσσεται ἡ ἀλλαγή ἐνός. 1358, Ἰουνίου 14.

F^o 55^{to} Millesimo trecentesimo LVIII, die XIII Junij.

1

Intellectis litteris ser Marci Gradonico capitanei galearum Crete petentis instantissime cambiri duas ex galeis sibi commissis; uadit pars quod mandetur patronis arsenatus quamquam cicius esse potest preparent et fulciant unam galeam subtillem de melioribus que statim mittatur ad capitaneum Culphi cum
illo numero hominum qui uidebitur dominio pro guidando eam. Cui capitaneo
mandetur quod ipsam debeat cambire, cum una ex galeis Crete de peioribus

5



mittendo illam de Creta Venecias per homines qui guidabunt illuc galeam nostram. Et pro aleuiatione expensarum mandetur capitaneo Culphi quod completo termino, pro quo galee Crete habuerunt pagam, mittat unum ex eis ad disarmandum in Creta de peioribus, ita quod remaneant solum due galee Crete, sicut fuit intentio terre concordantibus se ad inuicem supracomitibus galearum Crete per texeras uel aliter quis ipsorum debebit remanere. De parte 26.

Quod scribatur capitaneo Culphi quod completo termino pro quo galee Crete habuerunt pagam mittat unam de peioribus ad disarmandum in Cretam, suo uero loco et tempore mittatur unus bucentaurus qui uadat cum galeis Cipri ad suum uiagium et accipiat homines et furminenta unius de nostris galeis de Venecijs et illa nostra galea que cambietur cum bucentauro postea cambietur cum galea mala de Creta, que galea mala facto cambio Venecias conducatur.

De parte 3. De non 2 non sincere 1.

29

Περὶ διορισμοῦ προξένου εἰς Θεολόγον. Ἡ ἐκλογή τοῦ προξένου θὰ ἐνηργεῖτο ὑπὸ τοῦ συμβουλίου τῶν παρακλήτων Κρήτης. 1358, Ἰουνίου 14.

F^o 56^{to} Millesimo trecentesimo LVIII, die XIII Junij.

Quia utilimum esse decernitur pro mercatoribus nostris habere unum ydoneum consulem, in partibus Theologi; uadit pars quod in bona gratia scribatur et mandetur duche et consiliarijs Crete quod debeant elligere in consilio rogatorum deinde unum consulem nostrorum in Theologo cum salario librarum x grossorum in anno, quod salarium exigi debeat de mercationibus et rebus uiagij Theologi, uidelicet que conducentur de Theologo in Candiam et que de Candia Theologum portabuntur, imponendo talem impositionem dictis mercationibus quod nil ultra dictum salarium exigatur. Omnes.

30

Καθορισμὸς δικασίμου ἐπὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ἐκ τῶν οἰκῶν Βενιέρη καὶ Καλλέργη. 1358, Ἰουνίου 14. Ἀπόφαισις ἐπὶ τῆς διαφορᾶς μεταξὺ τοῦ Τίτου Βενιέρη καὶ τῶν κληρονόμων τοῦ ποτὲ Ἀλεξίου Καλλέργη. Δίδεται προθεσμία ἐνὸς ἔτους εἰς τοὺς ἀδελφοὺς Τίτον καὶ Μάρκον Βενιέρη υἱοὺς καὶ κληρονόμους τοῦ ποτὲ Νικολάου Βενιέρη, ὅπως ἀπαιτήσωσι τὴν κατοχὴν τοῦ τιμαρίου Καστρί, καταβάλλοντες εἰς τοὺς τοῦ οἴκου Καλλέργη τὰ χρήματα δι' ὧν ἠγόρασαν τοῦτο, ἐὰν ἐννοεῖται κατέχωσι τοῦτο, ἥτοι ὑπέρπυρα ἑξ χιλιάδας. Ἐὰν ὁμως κατὰ τὴν λήξιν τῆς προθεσμίας δὲν ἤθελεν ἐξαγορασθῇ νὰ παραμείνῃ εἰς τοὺς κληρονόμους Καλλέργη καὶ νὰ καταγραφῇ ὑπὲρ αὐτῶν. Ἀνατίθεται εἰς τὸν δούκα καὶ τοὺς συμβούλους νὰ συμβιβάσωσι τὸ ζήτημα τῆς ἀποζημιώσεως τῶν βελτιώσεων, τὰς ὁποίας τυχὸν θὰ εἶχον ἐκτελέσει οἱ Καλλέργη, κτλ. 1358, Ἰουνίου 14.

F^o 56^{to} Millesimo trecentesimo LVIII, die XIII Junij.

Capta. Quod istud consilium pro factis illorum de cha Uenerio et cha Kal-

